

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

In L. Catilinam II

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

cuncta Italia, si omnis respublica loquatur: M. Tulli, quid agis? tunc eum, quem esse hostem comperisti: quem ducem belli futurum vides, quem expectari Imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis, evocatores servorum, & civium perditorum, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? quid tandem impedit te? *mosne majorum?* at per sepe etiam privati in hac republica perniciosos civeis morte multarunt. An *leges*, quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt? at numquam in hac urbe illi, qui a republica defecerunt, civium jura tenuerunt. An *invidiam* posteritatis times? praeclearam verò populo R. referas gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione majorum, tam mature ad summum imperium per omneis honorum gradus extulit, si propter invidiam, aut alicujus periculi metum salutem civium tuorum negligis.

29 Sed, si quis est invidiae metus, num est vehementius severitatis, ac fortitudinis invidia, quam inertiae, ac nequitiae pertimescenda? An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt: tum te non existimas *invidiae incendio* conflagraturum? His ego sanctissimis reipublicae vocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus, pauca respondebo. 1 Ego, si hoc optimum factu judicarem, P. C. Catilinam morte multari: unius usuram horum gladiatorum illi ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri, & clarissimi cives, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modo senon *contaminarunt*, sed etiam *honestarunt*: certe verendum mihi non erat, ne quid, hoc parricida civium interfecto, invidiae mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impenderet: tamen hoc animo semper fui, ut *INVIDIAM* virtute partam, gloriam, non invidiam putarem. Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine: qui aut ea, quae imminet, non videant: aut ea, quae vident, disimulent: qui spem Catilinae mollibus, sententiis aluerunt, conjurationemque *nascentem*, non credendo corroboraverunt. quorum auctoritatem secuti multi, non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter, & regie factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quo intendit, in Manliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat conjurationem

esse factam: neminem tamen improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc reipublicam pestem paullisper reprimi, non in perpetuum comprimipolite. Quod si se ejecerit, secumque suos eduxerit, & eodem coeteros undique *collectos naufragos* aggregaverit: extinguetur, atque delebitur non modo haec tam adulta reipublica, verum etiam stirps, ac semen malorum omnium. Etenim jamdiu, P. C. in his periculis conjurationis, infidiisque versamur: sed nescio quo pacto omnium sceletum, ac veteris furoris, & audaciae maturitas in nostri consulatus tempore erupit. Quod si ex tanto latrocinio iste unus tolletur: videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura, & metu esse relevati: periculum autem residet, & erit inclusum penitus *in venis*, atque in visceribus reipublicae. Ut saepe *NO MENS* aegri morbo gravi, cum aestu, febrique jactantur, si aquam gelidam biberint, primo relevati videntur: deinde multo gravius, vehementiusque affliguntur: sic hic morbus, qui est in republica, relevatus istius poena, vehementius vivis reliquis ingravescet. Quare, P. C. secedant improbi, secedant se a bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod saepe jam dixi, secedantur a nobis: desinant infidari domi suae consuli, circumstare tribunal pratoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos & facies ad instammandam urbem comparare. sit denique *inscriptum in fronte* uniuscujusque civis, quid de reipublica sentiat. Polliceor hoc vobis, P. C. tantam in nobis *COS.* fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romae virtutem, tantam in omnibus bonis *consensionem*, ut Catilinae profectio omnia patefacta, illustrata, oppressa, vindicata esse videatis. Hisce omnibus, Catilina, cum summa reipublicae salute, & cum tua peste, ac pernicie, cumque eorum exitio, qui se tecum omni scelere, parricidioque junxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Jupiter, qui iisdem, quibus haec urbs, auspiciis a Romulo es constitutus: quem *Statorem* hujus urbis, atque imperii verè nominamus; hunc, & hujus locos a tuis aris, coeterisque templis, ac tectis urbis, ac moenibus, a vita, fortunisque civium omnium arcebis; & omneis inimicos bonorum, hostes patriae, latrones Italiae, *scelerum facere intra se*, ac nefaria societate, conjunctos; aeternis suppliciis vivos, mortuosque mactabis.

M. TULLII CICERONIS

I N

L. CATILINAM

SECUNDA,

AD QUIRITES.

ORATIO VICESIMA.

SYNOPSIS.

Gratulatur de Catilina urbe, sine sanguine ac caede, ejecto. Hortatur Quirites ad urbis defensionem et custodiam.



TANDEM aliquando, Quirites, L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis 1 atque huic urbi ferrum, flammamque minitantem,

ex urbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsam 2 egredientem verbis profectus sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit, nulla jam perniciosa a monstro illo, atque prodigio manibus ipsis intra moenia comparabitur. Atque huic quidem

1. Ego si hoc optimum fuissem. Cujacii codd. fuissem. quod & in Pall. sexto.

2. Tunc huic urbi ferrum flammamque minitantem. Genblacensis ac Vverd. ferris flammamque. non duplicat.

3. Egredientem verbis profectus sumus. Hic est lectio omnium veterum

1. Mactatis et factis ad instammandam urbem. Est à nostris omnibus vulgus mactatis ad incendendum urbem facereque.

rum librorum, nec non editionum priorum. Subsequentibus frigidè nimis egredientem urbem profectus sumus. intelligit omnia illa quorum mentis sub finem orationis praecedentis.

unum hujus belli domesticum ducem sine controversia vicimus. non enim jam inter latera nostra sic illa versabitur: non in campo, non in foro, non in curia, non demique intra domesticos parietes pertimescemus. loco ille motus est, cum ex urbe depulsum. palam jam cum hoste, nullo impediendo, geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque vicimus, cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium conjecimus. Quod verò non eruentum mucronem ut voluit, extulit, quod vis nobis egressus est, quod ei ferrum de manibus extorsimus, quod incolumense civeis, quod stantem urbem reliquit: quanto tandem illum nocere afflictum esse, & profugatum putatis? Jacet ille nunc prostratus. Quiritis, & se percussum, atque abjectum esse sentit, & retorquet oculos profecto saepe ad hanc urbem: quam ex suis faucibus arripam esse luget, quae quidem laxari mihi videtur, quod tantam pestem evomerit, forsaque projecerit. At si quis est talis, qualem esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat, & triumphat oratio mea, me vehementer accuset, quod tam capitale hostem non comprehenderim potius, quam miserim: non est ista mea culpa, Quiritis, sed temporum, interemtum esse L. Catilinam, & gravissimo supplicio affectum jam pridem oportebat: idque à me & mos majorum, & hujus imperii severitas, & respublica postulabat. Sed quam multos fuisse putatis, qui, quae ego deferrem, non crederent? quam multos, qui propter stultitiam non putarent? quam multos, qui etiam defenderent? quam multos, qui propter improbitatem faverent? Ac si, sublato illo, depelli à vobis omne periculum iudicaret: jam pridem ego L. Catilinam; non modo invidia mea, verum etiam vitæ periculo sustulissetem. sed cum viderem, ne vobis quidem omnibus re etiam tum probata, si illum, ut erat meritis, morte multassem, fore, ut ejus facis invidia oppressus persequi non possem: rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possitis, cum hostem aperte videretis. Quem quidem ego hostem, Quiritis, quam vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligaris, quod illud etiam molestè fero, quod ex urbe parum comitatus exierit. Utinam ille omnis secum suas copias eduxisset. Tongillum mihi eduxit; quem amare in praeterea calunnia coepit: Publicium & Manurium; quorum res alicuius contractum in popina nullum reip. motum afferre poterat: reliquit quos viros? 4. quanto alieno aere? quam valentis? quam nobiliss? vos videretis. Itaque ego illum exercitum, 5. & Gallicanis legionibus, & hoc delecta, quem in agro Piceno, & Gallicano Metellus habuit, 6. & his copiis, quae à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno; collectum ex senibus desperatis, ex agrestibus luxuria, 7. ex rusticis decoctoribus: ex iis, qui vadimonia deserere, quam illum exercitum, maluerunt: quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verum etiam si edictum praetoris ostendero, concedent. Hos, quos video volitare in foro, quos stare

ad curiam, quos etiam in senatum venire: qui nitent unguentis, qui fulgent purpura, mallem secum suos milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quam hos, qui exercitum deseruerunt, pertimescendos. Atque hoc etiam sunt timendi magis, quod, quid cogitent, me scire, sentiant: neque tamen permoverent. Video, cui Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Galliciam, qui sibi has urbanas insidias caedis atque incendiolorum deponoscere. omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt: patefaci in senatu hesternò die: Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid expectant? na illi vehementer erant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperat futuram. Quod expectavi, jam sum assecutus, ut vos omnes factam esse a pettè conjurationem contra temp. videretis, nisi verò si quis est, qui Catilinam simili cum Catilina sentire non putet. Non est jam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. unum etiam nunc concedam: exeant, proficiantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam & miserum tabescere. demonstrabo iter: Aurelia via profectus est. si accelerare volent, ad vesperam consequentur. O fortunatam tempus, si quidem hanc sentinam hujus urbis ejecerit? Uno mehercule Catilina exhausto, relevata mihi, & recreata respublica videtur. Quid enim mali, aut scelus fingi, aut excogitari potest, quod non ille conceperit? quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subceptor, quis circumscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilina non famulari sibi vixisse fateatur? quae caedes per hosce annos sine illo facta est? quod nefarium struprum non per illum? jam verò quae tanta in ullo umquam homine juvenutis illa castra fuit, quanta in illo? qui alios ipse amabat turpissimè, aliorum amori flagitiosissimè serviebat: aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modo impellendo, verum etiam adjuvando, pollicebatur. Nunc verò quam libens non solum ex urbe, verum etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum collegerat? nemo, non modo Romae, sed nec ullo in angulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile scelus foedus adsciverit. Atque, ut ejus diversa studia in dissimili ratione perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinae esse fateatur: nemo in scena levior, & nequior, qui se non ejusdem propè sodalem fuisse commemoret. Atque idem tamen, stuprorum, & scelus exercitatione assuetus, frigore & fame, & siti, ac vigiliis perferendis, 10. fortè ab istis praedicabatur, cum industria subsidia, atque instrumenta virtutis, in libidine, avariciaque consumerentur. Hunc verò si sui fuerint comites secuti: si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges: o nos beatos, o temp. fortunatam, o praclaram laudem consulatus

Ee 3

consulatus

1. Non modo invidia mea, verum etiam vitæ periculo, &c.] Apparet de industria opposita, periculum vitæ ac invidiæ. & quid verè bene dici; cum praetere dicitur, invidia sua facere, ideo Lambinus contra omnes libros huc immutantes non lequitur, Gulielmus.

2. In praeterea calunnia.] Pal. sextus salomonia. Locus obscurus, nisi velimus à prima statim adolescentia cum in forum deducetur, operatum calumniæ, ideoque ab ea amatum, ad quod exemplum dicimus, Misit illum amantem Fides me amat, huc Gulielmus.

3. Nullum reip. motum.] Antea legebamus motum, sed praeter libros mss. imò etiam editionem Venetam anni CCCCXXXIII.

4. Quamvis aere alieno.] Lambinus addit, ubi hinc, quod neque necessarium, neque in nostris mss. usquam erat, adeo olim editis: & de elegantiâ commatum, sunt enim fore paria, huc ad parum detrahit.

5. Et Gallicanis legionibus.] Lambinus aliud hinc subtrahit, sed non accedant libri nostri, qui vulgatam tenent, verè adiciunt ex 3. quod & in omnium aetate editi omnibus. Palatinus scilicet interpretationis loco adproximè respectu Gallicanarum legionum.

6. Et hic capiti, &c.] Hic à conjectura Mureti, quam secuti Manutianus; & praeter Palat. nonus, nam sextus, hanc caluniam omisit, Gulielmus ad horum interpretationem, allegat locum pro Murena cap. 36. m. hi hanc hanc pulcherrimè praeterea delectus est, id est, propter has pelliculas, mihi tamen non potest omnino displicere, continere aliquam ex re aliis, praecipue cum meliores fore membrarum lectionem eam ostendent.

7. Ex rusticis decoctoribus.] Vulgo interjicitur, ex rusticis mendiculis & decoloribus, verum sic nullus scriptorum Mureti, sic nullus notiorum, prima editio praeter ex rusticis mss. decoctoribus, locole.

8. Misit illum amantem.] Colon. respicere, quod mire huc quadrare putat Gulielmus, vulgatam tamen huc non movet, neque causa erat.

9. Sed nec ullo in angulo totius Italiae.] Pall. & Hir. Fabr. ed. verè, sed nec ullo, quae formula, inquit Gulielmus, notanda, ut rara: qua tamen etiam usus ad Atticum.

10. Fortè ab istis praedicabatur.] Ira & nostri, & olim editis non ut postea impressis, fortè ab istis suis sociis praedicabatur.

consulatus mei! Non enim jam sunt mediocres hominum libidines, non humana audacia, ac toleranda: nihil cogitant, nisi caedes, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonium sua profuderunt: fortunas suas obligaverunt: res eos jam pridem, fides deficiente nuper coepit: eadem tamen illa, quae erat in abundantia, *libido permanet*. Quod si in vino, & alea commissiones solum, & scorta quaerent: essent illi quidem desperandi, sed tamen etiam ferendi. hoc vero quis ferre possit, *inerte* homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebriosos sobriis, dormientibus vigilantibus? qui mihi accubantes in conviviis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, & confecti cibo, fertis redimiti, unguentis oblitati, debilitati stupris, eruant sermonibus suis eodem honorum, atque urbis incendia. Quibus ego confido impendere fatum aliquod: & poenas jamdiu improbitati, nequitiae, scelerei, libidini debitas, aut instare jam planè, aut certè jam appropinquare. Quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, iustulerit: non breve nescio quod tempus, sed multa saecula propagarit reip. Nulla est enim natio, quae pertimescamus: nullus Rex, qui bellum populo R. facere possit. omnia sunt externa, unius virtute, terra, marique pacata. domesticum bellum manet: intus insidiae sunt: intus inclusum periculum est: *intus est hostis*. cum luxuria nobis, cum amentia, cum scelere certandum est. Huic ego bello me ducem profiteor, Quirites: suscipio inimicitias hominum perditorum, quae sanari poterunt, quacumque ratione sanabo. quae reseranda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere. Proinde aut exeat, aut quiescant: aut, si & in urbe, & in eadem mente permanent: ea, quae merentur, expectent. At etiam sunt, Quirites, qui dicant, à me in exilium ejectionem esse Catilinam. Quod ego si verbo asserui possim, istos ipsos ejicerem, qui haec loquuntur. Homo enim videlicet timidus, & permodestus vocem consulis ferre non potuit: simul atque ire in exilium iustus est, paruit, quievit. Hesterno die, cum domi meae pentè interfectus essem: senatum in aedem Jovis Statoris vocavi: rem omnem ad patres conscriptos detuli. quò cum Catilina venisset: quis eum senator appellavit? quis salutavit? quis denique ita adspexit, ut perditum civem, ac non potius, ut importunissimum hostem? Quod in etiam principes ejus ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam, atque inanem reliquerunt. Hic ego vehementis ille consul: qui verbo civem in exilium eicio, quæsiivi à Catilina, an nocturno conventu apud M. Leccam fuisset, nec ne. Cum ille homo audacissimus, conscientia convictus, primò recitasset: patefecit cætera; quid ea nocte egisset, ubi fuisset, quid in proxima constitisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, edocui: cum hæsitaret, cum teneretur; quæsiivi, quid dubitaret ed proficisci, quò jam pridem pararat: cum arma, cum securis, cum fascis, cum tubas, cum signa militaria, cum Aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrum scelerum domi suæ fecerat, scire esse præmissam. In ex-

silium ejectionem, quem jam ingressum esse in bellum videbam: Etenim, credo, Manlius iste, centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo R. suo nomine, indicavit: & illa castra nunc non Catilinam ducem expectant: & ille ejectionem in exilium, se Massiliam, ut ajunt, non in hæc castra conferet. *condicionem miserram*, non modò administrandam, verum etiam conservandam reip. Nunc, si L. Catilina, consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus, ac debilitatus, subito pertimuerit, sententiam mutaverit, deseruerit suos, consilium belli faciendi abjecerit, ex hoc cursu sceleris, & belli, iter ad fugam, atque in exilium converterit: non ille à me spoliatus armis audacia, non obstupescens, ac perterritus mea diligentia, non de sepe, conatuque depulsus, sed *indemnatus*, innocens, in exilium ejectionem à consule, vi, & minis esse dicitur: & erunt, qui illum, si hoc fecerit, & non improbum, sed miserum: me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum exilium velint. Est mihi tanti, Quirites, huiusmodi invidiæ falsæ, atque iniquæ tempestatem subire, dummodo à vobis hujus horribilis belli, ac nefarii periculum depellatur. Dicatur sane ejectionem esse à me, dum modo eam in exilium, sed mihi credite, non esse iturus. Numquam ego à diis immortalibus optabo, Quirites, invidiæ meæ levandæ causa, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium atque in armis volitare audiat: sed triduo tamen audietis: multoque magis illud timeo. ne mihi sit invidiosum aliquando, quòd illum emiserim potius quàm quòd ejectionem. sed cum sint homines, qui illum, cum profectus sit, ejectionem esse dicant, idem, si *interfectus* esset, quid dicerent? Quamquam mihi, qui Catilinam Massiliam ire dicitur, non tam hoc querunt, quàm verentur. Nemo est istorum tam misericors, qui illum non ad Manlium, quàm ad Massilienses ire malit. Ille autem, si mehercule hoc quòd agit, numquam ante cogitasset, tamen latrocinantem se interfici mallet, quàm *exsilium vivere*. nunc verò, cum ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem, cogitationemque acciderit, nisi quòd *vis* nobis Roma profectus est: optemus potius, ut eat in exilium, quàm queramus. Sed cur tam diu de uno hoste loquimur: & de eo hoste, qui jam fatetur se esse hostem: & quem, quia, quòd semper volui, minus interest, non timeo: de his, qui *disimulant*, qui Romæ remanent, qui nobiscum sunt, nihil dicimus? quos quidem ego, si ulio modo fieri possent, non tam ulcisci studeo, quàm sanare, & ipsos placare reip. neque id quare fieri non possit, si me audire volent, intelligo. Exponam enim vobis, Quirites, ex quibus generibus hominum ista coepit comparatur: deinde singulis & medicinam consilii, atque orationis meæ, siquam potero, afferam. 9. Unum genus est eorum, qui magno in are alieno, majores etiam possessiones habent: quarum amore adducti, dissolvi nullo modo possunt. Horum hominum species honestissima: sunt enim locupletes: voluntas verò, & causa impudentissima. Tu agris, tu ædificiis, tu argento, 10 tu familia, tu rebus omnibus ornatus, copiosus sis 11 & dubites de possessione detra-

3. *Conferri cibo*. Malui istud cum libris nostris plerisque quam vulgatum esse. Ita poeta veteris, nescio quis, *differre vestra visceris*.

2. *Paruit, quievit*. *Hesternus die*. Est à libro Marti. prius enim habebamus, *paruit*. *Quid quid hesternus die*. ead. antiquus, *paruit*. *Qui hesternus die*. quòd & in Pal. sec. nam reliqui, *qui in hesternis*. ac Colon. *quid*. Fabr. *Hesternus quidem die*. male. sed ex istis duobus legit Gualtemus, *paruit quievit*. *Hesternus die Quirites etc.*

3. *Com teneretur*. Ita miss. Muretis rem nostri, nec non vetustis cuss. vulgo *com* *cunilaretur*, cui lectioni diem etiam dixerant Modius & Zinzlingus.

4. *Cui ille etiam sacrum scelerum domi suæ*. Vox *scelerum* non erat in Pal. sext. aut nono neque hęc sequi verum, est nostrum priore ratione ita dixisse.

5. *Scire esse præmissam*. Basilicanus *præmissa*; si rectius, velimus verbum hoc ea omnia quæ antecedant complecti.

6. *Non improbum sed miserum*. Ita veteris editio ita meliores miss. nam

quidam *miserum*, ex quibus forte natum illud vulgatum, *invidium*. quòd & Priscianus refert.

7. *Quam sanare & ipse placare reip.* Pall. tres Colon. Fabr. Vverd. *quam sanare*. *sibi ipsa placare reip.* quòd valde probat Gualtemus; quoniam veteres celebratos exilia à se, & mentis impotes ducerent. unde *decent*, *pro scelere*, & *mentis pro facinorosis*. adeatur & Modius Epistola CIV.

8. *Medicinas consilii atque orationis*. Basilicanus, *orationis* quòd probat Gualtemus.

9. *Unum genus est eorum*. Sic Pall. tres, sic H. et Vverd. item editio princeps. *deinceps*: *primum* genus *minus* etc.

10. *In familia*. Pall. *sed* *scriptum* alius legit *sedula*. ut forte fuerit, *tu argenteo in tabulo* etc. *ita*.

11. *Et dubites de possessione detrahere*. Est à *si* *potioribus*. neque ab initio edito verus; quæ, *et* *aut* *de* *possessione detrahere*, *ac* *quiritæ fidem*. *deinceps* vulgati, & *dubites aliquod de possessione detrahere*, *ac* *fidem acquirere*.

Detrahere, acquirere ad fidem? Quid enim expectas? bellum? quid ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas? an tabulas novas? errant? qui istas à Catilina expectant, meo beneficio tabulae novae profertentur, verum *austionaria*, neque enim isti, qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi esse possunt, quod si maturius facere voluissent, neque (id quod *Strutissimum* est) certare cum usuris fructibus praediorum; & locupletioribus his, & melioribus civibus uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos, quod aut deducti de sententia possunt; aut, si permancbunt, magis mihi videntur vora tacturi contra tempus, quam arma.

19. **Tauri.** Alterum genus est eorum, qui quamquam premuntur aet alieno, dominationem tamen expectant: rerum potiri volunt; *domores*, quos quieta res desperant, perturbata consequi se posse arbitrantur. Quibus hoc praecipendum videtur, unum scilicet & idem, quod ceteris omnibus, ut desperent, se id, quod conantur, consequi posse: primum omnium me ipsum vigilare, adesse, providere reipubl. deinde magnos animos esse in bonis viris, magnam concordiam, maximam multitudinem, magnas praeterea copias militum: deos denique immortales huic invicto populo, clarissimo imperio, pulcherrimae urbi, contra tantam vim sceleris, *praesentis* auxilium esse laturos. Quod si jam sint idi, quod cum summo furore cupiunt, adepti; num illi in cinere urbis, & sanguine civium, quae mente consecretata, ac nefaria concupierunt, se conitutes, ac dictatores, aut etiam reges sperant futuros? non vident id se cupere, quod si adepti fuerint, fugitivo alicui, aut gladiatori confedi sit necesse? Tertium genus est aetate jam affectum, sed tamen exercitatione robustum: quo ex genere est ipse Manlius, cui nunc Catilina succedit. Hi sunt homines; ex iis colonis, quas Fesulis Sulla contulit: quas ego univasas, civium esse optimorum, & fortissimorum virorum sentio: sed tamen hi sunt coloni, qui se *insperati*, repentinisque pecuniis tumtuosius, insolentiusque jactant. hi dum ad hoc, tanquam beatissimi praedii, lecticis, familiis magnis, a convivii apparatus delectantur, in tantum a alienum inciderunt, ut, si salvi esse velint, Sulla sit iis ab inferis excitandus, qui etiam nonnullos agrestes, homines tenuis, atque egeantis, in eandem illam spem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego utroque, Quirites, in eodem genere praedatorum, direptorumque pono. Sed eos hoc moneo, desinant fureis ac proscriptiois, & dictaturae cogitare. Tantis enim *illorum temporum dolor* inultus est civitati, ut jam ista non modo homines, sed ne peccades quidem mihi *in* appallita esse videantur. Quartum genus est saepe varium, & mistum & turbulens: qui jam pridem premuntur; qui nunquam emergent: qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumtibus, in vetere aet alieno vacillant: qui vadimonis, iudicis, & proscriptiois

bonorum defatigati, permulti & ex urbe, & ex agris se in illa castra conferre dicuntur. Hosce ego non tam mihi res acris, quam *insistiores lentos* esse arbitror. qui homines primum si stare non possunt, corruant: sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem sentiant. nam illud non intelligo, quamobrem, si vivere honeste non possunt, perire turpiter velint: aut cur *minorum dolorem* perituros se cum multis, quam si soli pereant, arbitrentur. Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum: quos ego à Catilina non revoco. nam neque divelli ab eo possunt: & pereant sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi, ut eos capere carcer non possit. Postremum autem genus est: non solum numero, verum etiam genere ipso atque vita: quod proprium est Catilinae, de ejus defectu, immo vero de complexu ejus, ac sinu: quos pexo capillo, nitidos, aut imberbeis, aut bene barbato videtis: 9 manicatis, & talaribus tunicis; velis amictos, non togis: quorum omnis industria vitae, & vigilandi labor in *antluvanis cenis* expromitur. 10 in his gregibus omnes aleatores, omnes aduleri, omnes impuri, impudicique versantur. hi pueri: 11 tam lepidi, ac delicati, non solum amare, & amari, neque contere, & saltare, sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt: qui nisi exeunt, nisi pereunt, etiam si Catilina perierit, scitote hoc in rep. *seminarium Catilinarium* futurum. Verum tamen quid sibi isti miseri volunt? num suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? quem admodum autem illis carere poterunt, his praeterquam jam noctibus? quo autem pacto illi Apenninum, atque illas prunas, ac niveis perferent? nisi idcirco se facilius biemem toleraturos putant, quod nudi in convivis saltare didicerunt. O bellum magnopere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina 12 scortorum cohortem praetoriam. Instruite nunc, Quirites, contra has tam praecelatas Catilinae copias vestra praesidia, vestrosque exercitus: & primum gladiatori illi confecto & saucio, consules, imperatoresque vestros opponite: deinde contra illam naufragorum ejectionem, ac debilitatam manum, florem totius Italiae, ac robur educite. jam vero urbes coloniarum, ac municipiorum respondebunt Catilinae tumulis silvestribus. Neque vero ceteras copias, ornamenta, praesidia, cum illius latronis inopia, atque egestate *conferre* debeo. Sed, si, omissis his rebus omnibus, quibus nos suppeditamus, egestis, senatu, equitibus R. populo urbe, aetario, vestigalibus, cuncta Italia, provinciis omnibus, exteris nationibus, si, inquam, his rebus omissis, *ipsas causas*, quae inter se confidunt, contendere velimus; ex eo ipso, quam valde illi jactant, intelligere possimus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudine: hinc continentia, illinc libido: denique aequitas,

Ec 4 tem

1. Certare cum usuris fructibus praediorum.] Pal. sec. & fructibus. quomodo exire item in suis adnotavit Cujac. lib. XII. Observac. cap. 32.
 2. Aetate jam affectum, sed tamen exercitatione robustum.] Ita Pall. & prima editio alii in ista editione editi: ostentus, brevitas, aetate jam affectum, exercitatione robustum, quod solum inveni in Pal. decimo.
 3. Ex iis Colonis quas Fesulis.] Pall. tres priores & Viet. item Basil. codeX, Fesulis unde conjecit etiam glossa, ad provocandum quos signi duum monuit Mureros, & vero Manos us ideo vocem istam exturbavit libris suis nam Lambino, affirmant non reperiri in mss. suis vix credo.
 4. Coerentia apparatus.] Sic major pars mss. retinetque editio veteris; recentiores *coerentia* apparatus non ita inueperunt.
 5. In eodem genere praedatorum.] In Colon praedatorum hi sunt qui praedii exedificandis & excolendis occupantur. in hoc gigit genere communiter se ponere ait colonos illos obertatos & agrestes, direptio cupidos Gulielmii.
 6. Proscriptio bonorum defatigati.] Gulielmii conspicebat diffatigati.
 7. Non tam mihi res acris, quam insistiores lentos.] Pal. sec. non habet à prima manu illud acris.

8. Genere ipso atque vita, quod proprium est Catilinae.] Divinat Gulielmii, neque male profecto, Quirites proprium Catilinae, & de dilectis, nam mss. hanc aliquot Catilinae est.
 9. Manicatis & talaribus tunicis.] Ejicunt alii illud & tritis neque habet editio Victorii abelque Hii, & Mureti libris, sed enim Pal. text. solum habet manicatis & tunicis tunicis, editio prima man. & tritis tunicis & talaribus. Pal. sec. habet tantum, man. & tritis tunicis.
 10. In his gregibus, &c.] Laudat Donatus Adolphus in huius huius gregibus, ubi aetna aetissima huic sententiae & si libri adjuvant, recipienda, Gulielmii.
 11. Tam lepidi ac delicati.] Colon. Basilicanus, tam lepidi tam delicati.
 12. Scortorum cohortem praetoriam.] Nimum diu exulavit ista vox à libris nostris, cum tamen eam teneat editio princeps sequentes signorone lingua Latina, obtulerant nobis *scortorum*; quod non est in melioribus mss. Pal. sec. text. non Hir. Erph. ridiculus est Lambinus, arbitratu utrumque retinendum, *scortorum* ac *scortorum*. imo eo ipso perierit omnis orationis lepos ac vis omnis, sed quid opus est revelare hos monstruosos?

temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes, certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiiis omnibus: 1 postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione configit. In huiusmodi certamine ac proelio, nonne etiam si hominum studia deficient, dii ipsi immortales cogent ab his præclarissimis virtutibus, tot, & tanta vitia superari? 2. Quæ cum ita sint, Quirites vos, quemadmodum 2 jam antea dixi, vestra tecta custoditis, vigiliisque defendite: mihi, ut urbi sine vestro motu, ac sine ullo tumultu, satis esset præsidii, consultum, ac provitum est. Coloni omnes, municipisque vestri, certiores à me facti de hac nocturna excursionione Catilinæ, facile urbes suas, sineisque defendent: gladiatores, quam sibi ille maximam manum, & certissimam fore putavit, quamquam meliore animo sunt, quam patris patriorum, 3 potestate tamen nostra continebuntur. Q. Metellus, quem ego prospiciens hoc, in agrum Gallicanum, Picenumque præmisi, aut opprimet hominem, aut omnes ejus motus, conatusque prohibebit, reliquis autem de rebus constituendis, maturandis, agendis, jam ad senatum referemus, quem vocari videtis. Nunc illos, qui in urbe remanserunt, atque adeo qui contra urbis salutem, omniumque vestrum, in urbe à Catilina relictæ sunt, quamquam sunt hostes, tamen quia nati sunt civis, monitos etiam, atque etiam volo. Mea lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc expectavit, ut id, quod latebat, erumperet. quod reliquum est, jam non possum oblivisci, meam hanc esse patriam, me horum esse consulem: mihi aut cum his vendit, aut pro his esse moriendum, nullus est portæ

custos, nullus insidiator vix: si qui exire vofant, consulere sibi possunt: qui vero in urbe commoverit, cuius ego non modo factum, sed inceptum ullum conatumve contra patriam deprehendero: 4 sentiet in hac urbe esse consules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem senatum, esse arma, esse caecos: quem vindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt. Atque hæc omnia sic agentur. Quirites, ut res maxima minimo motu pericula summa nullo tumultu, bellum intestinum, ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum, ac maximum, me uno togato duce & imperatore, sedetur, quod ego sic administrabo, Quirites, ut, si ullo modo fieri poterit, ut improbus quidem quisquam in hac urbe poenam sui sceleris sufferat. sed si vis manifesta audacis, si impendens patriæ periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerint: illud profecto perficiam, quod in tanto, & insidiolo bello vix optandum videtur, 5 ut ne qui boni intereat, paucorumque poena vos jam omnes salvi esse possitis. Quæ quidem ego neque mea prudentia, neque humanis consiliis fretus polliceor vobis, Quirites, sed multis, & non dubiis deorum immortalium significationibus: quibus ego ducibus in hanc spem, sententiamque sum ingressus: qui jam non procul, ut quondam solebant, ab extero hoste, atque longinquo, sed hic præsentis suo numine, atque auxilio sua templa, atque urbis tecta defendunt: quos vos, Quirites, precari, venerari, atque implorare, debetis, ut, quam urbem pulcherrimam, florantissimam, potentissimamque esse voluerunt, hanc omnibus hostium copiis, terra, marique superatis, à perditissimorum civium nefario seelere defendant.

M. TULLII CICERONIS
IN
L. CATILINAM
TERTIA,
AD QUIRITES.
ORATIO VICESIMA PRIMA.
SYNOPSIS.

Narras quibus & quotum indicis Catilina, ejuſq; conjurati fuerint detulit. Gratias eo nomine sibi aſſi à ſenatu: Conjuratiõis 7000 in cuſtodiã committes: ſibi ſupplicacionem à ſenatu decretam.



REPUBLICAM, Quirites, vitamque omnium vestram, bona, fortunas, conjuges, liberosque vestros, atque hoc domicilium clarissimi imperii, fortunatissimam, pulcherrimamque urbem, hodierno die, deorum immortalium

summo erga vos amore, laboribus, consiliis, periculisque meis, ex flamma, atque ferro, ac pæne ex faucibus factæ creptam, & vobis conservatam, ac restitutam videtis. Et, si non minus nobis jucundi, atque illustres sunt à dies, quibus conservamur, quam illi, quibus nascimur; quod sine sensu nascimur, cum voluptate conservamur: profecto

1. Postremo copia cum egestate. Ita Pall. omnes. Guelm. tamen melius putat copia, quod in Historicis præferbatque idem Medius.

2. Jam ante dixi. Tollit Moretus verbum dixi ex uno veteri, quod tamen omnes nostri aliorumque constantè habent. divinabatque Guelm. jam ante edidit. & c.

3. Potestate tenet vestra auctoritate. Ita ferè m. nostri, prius cusi

per. tamen in vestra, quod si retinere volumus, at abjicienda tamen syllaba in, que neque in editionibus antiquis.

4. Sentiet in hac urbe esse consules vigilantes. Haud aliter Pall. at Coloniensis, consules vigilantes, quod veni us arbitrat Guelm. tamen quam altero consule non patiente, inquit Mollus Epist. CIV.

5. Ut ne qui boni intereat. Possiduerunt istud Manutiano, ut neque boni quisquam intereat, quod paucissimis adest m. l. Qui